D. JOANNIS
GUTIERREZ
J.C. HISPANI,
OPERA OMNIA
CIVILIA, CANONICA, ET CRIMINALIA,
In XIV. Tomis Comprehenſa.

D. JOANNIS

GUTIERREZ

HISPANI,

JURISCONSULTI PRÆCLARISSIMI,

Almæ Eccleſiæ Civitatenſis Canonici Doctoralis, & Advocati Placentini;

OPERA OMNIA

CIVILIA, CANONICA, ET CRIMINALIA,

DECISIONIBUS S. ROT. ROMAN. RECENTISSIMIS,

NEC NON

REPERTORIO GENERALI

AUCTA, AC INDICIBUS SINGULARIBUS ILLUSTRATA,

IN SEXDECIM TOMOS DISTRIBUTA:

Quorum ſeriem exhibet pagina proximè ſequens.

ASPERSIS SUBINDE VARIIS JURIS TAM CIVILIS QUAM CANONICI Deciſionibus, Quæſtionibus, Obſervationibus, Cautelis, & ADDITIONIBUS declaratis & explicatis illuſtrata, aucta, & Characterum varietate exornata: à mendis priorum Editionum expurgata; SUMMARIIS QUÆSTIONUM, CAPITUM & LEGUM neceſſariis inſtructa.

NOVA EDITIO PRIORIBUS CORRECTIOR, AUCTIOR & ELEGANTIUS DISPOSITA;

PRÆFATIONE, & VITA DUPLICI AUTHORIS LOCUPLETATA.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

COLONIÆ ALLOBROGUM.

Sumptibus PERACHON & CRAMER.

M. DCCXXXI.

CUM PRIVILEGIO S. CÆSAREÆ & CATHOLICÆ MAJESTATIS.

BIBLIOPOLÆ LECTORI

De Novâ hâc Editione.

POst editos à nobis libros non paucos ad juris CIVILIS & CANONICI Doctrinam pertinentes, (inter quos eminet, paucis ab hinc annis vulgatus, CASTILLO SOTOMAYOR *in fol. XI. Tom. Deciſionibus* ornatus;) peritiſſimis Juriſconſultis & notiſſimos, & maximo pretio habitos; gratiſſimam illis fore exiſtimavimus Novam, quam illis hic oblatam volumus Editionem JOANNIS GUTIERREZ *J. C. Hiſpani Celeberrimi, Operum omnium Juris tam Civilis quàm Canonici & Criminalis* XVI. Tomis in fol. Præcedentes Illuſtriſſimi Authoris Operum Editiones, quarum exemplaria vix hodiè reperiantur, ſatis ſuperque oſtendunt quid de illis ſenſerint Eruditi. Quod in omnibus aliis ſparſum hactenùs fuerat, in hàcce noſtrâ collectum & optimo ordine diſpoſitum habebitur, eo ſcilicet, quem Authori placuiſſe notum eſt. Tractatuum numerum & ſeriem ſequens exhibet pagina. Cæterum ex XVI. voluminibus quibus integrum conſtat opus, unumquodque proprium habet Titulum, ita ut facilè pro uniuſcujuſque poſſeſſoris lubitu diſponi & ſeorſim compingi queant. Indices ſingulis Tomis addidimus, & *Capitum*, & *Rerum* notabilium, *Capitum* quidem initio voluminis, *Rerum* verò ad calcem; prætereaque DECISIONES S. Rotæ Romanæ Recentiſſimas, ac REPERTORIUM GENERALE cujus rationem exponit huic præmiſſa Præfatio, accuratè constructum, Operi integro ſubjecimus. Nihil denique ad utiliorem hanc Editionem efficiendam, ac ampliorem hujus perfectionem prætermiſſum eſt; ſive enim accuratam correctionem, ſive chartarum nec non characterum elegantiam conſideres, undique ſeſe offert quod Lectori Benevolo jucundum fore nobis viſum eſt. VITAM AUTHORIS duplicem præmiſimus, quarum priorem præbet vir Eruditione ac doctrinâ multiplici conſpicuus D. *Blaſius Antonius Naſſarre & Ferriz* J. U. D. Cæſar-Auguſtanus, alteram verò D. *Nicolaus Antonius*, &c. &c. Enumeratio additur variarum *Noſtri* operum Editionum, quas maximâ cum diligentiâ ſimul comparavimus, & earum ope nonnullos emendavimus errores, ac omiſſiones quamplures in aliis Editionibus paſſim occurrentes. Hæc ergo ſola eſt quam in omni genere perfectiorem judicabit Lector quicumque ſive Laicus, ſive Clericus. Hic enim adeſt quod cujuſcumque interſit ſcire. *In Libris V. primis* acutiſſimè agitur ſuper *Legibus Novæ Collectionis Regiæ Hiſpaniæ*, variiſque ad eas argumentis, nec non ad *Defenſionem Nobilitatis antiquiſſimæ Vizcaginorum* plurima adducuntur. *Liber VI.* de iiſdem *Legibus*, qui eſt *Tractatus de Gabellis*, quicquid in hâc materiâ curioſius, quicquid utilitatem poteſt afferre Lectori deſiderandum præſtabit. Quid autem de tripartito Opere præſtantiſſimo *Canonicarum Quæſtionum utriuſque fori tam exterioris quàm interioris animæ* dicendum erit? Hic occurrit quicquid in utroque Foro Doctoribus uſui eſſe poteſt. Ut *Lib. I.* de *Excommunicatione*, ac *Excommunicatis*, ad *Extravagantes*, circa *Monialia* quædam, de *Matrimonio*, ac *Diſpenſatione Pontificis* plura, de *Beneficiis*, de *Reſtitutione*, & alia quæ longum nimis foret enarrare. Nec minora præbet *Lib. II.* in eo quippe de *Teſtamentis Religioſorum*, de *uſurâ*, ac *uſurariis*, de *decimis*, de *ſimoniâ*, de *venatione* ac *piſcatione*, pluraque in praxi paſſim obvia agitantur. Nec erit contemnendus *Liber III.* qui totus circa *Sponſalia* ac *Matrimonia* verſatur; ea namque materia fusè admodum ac eleganter tractatur. Huic poſtponitur Tractatus tripartitus de *Juramento Confirmatorio*; aliuſque de *Tutelis & Curis Minorum*, in tres quoque partes diviſus; quem

INDEX TRACTATUUM
SEU
ORDO OPERUM OMNIUM
D. JOAN. GUTIERREZ J.C. HISPANI CELEBERR.
in Sexdecim Tomos diſtributorum,
in quibus Materiæ ECCLESIASTICÆ non paucæ tractantur.

TOMUS I.

Liber I. Practicarum Quæſtionum Civilium, ſuper quinque prioribus Libris Primæ Partis LEGUM NOVÆ COLLECTIONIS REGIÆ HISPANIÆ; in quo CXLVIII Quæſtiones admodum utiles in praxi continentur, materiæque ECCLESIASTICÆ plurimæ tractantur.

TOM. II.

Lib. II. Practicarum Quæſtionum Civilium, circa LEGES REGIAS HISPANIÆ, ſecundæ partis NOVÆ COLLECTIONIS REGIÆ, in quo CLXXXII Quæſtiones admodum utiles in praxi continentur, materiæque ECCLESIASTICÆ plurimæ tractantur.

TOM. III.

Lib. III. Practicarum Quæſtionum Civilium, ſuper Prima parte LEGUM NOVÆ COLLECTIONIS REGIÆ HISPANIÆ; in quo XXXIX Quæſtiones admodum utiles in praxi continentur, materiæque ECCLESIASTICÆ plurimæ tractantur; nec non & in quibuſdam earum de defenſione NOBILITATIS (hoc eſt, de la HIDALGUIA) antiquiſſimæ VIZCAGINORUM, tam latiſſimè, quàm curioſè admodum, atque generaliter de NOBILITATE HISPANICA, ejuſque origine à nobiliſſimis GOTHIS deducta, agitatur.

TOM. IV.

Lib. IV. Practicarum Quæſtionum Civilium, ſuper libro ſexto & ſeptimo ſecundæ partis, & aliis LEGIBUS præcedentium Librorum NOVÆ COLLECTIONIS REGIÆ HISPANIÆ; in quo LXXIII Quæſtiones admodum utiles in praxi continentur, materiæque ECCLESIASTICÆ plurimæ tractantur.

TOM. V.

Lib. V. Practicarum Quæſtionum Civilium, ſuper prima parte LEGUM NOVÆ COLLECTIONIS REGIÆ HISPANIÆ; in quo LXIII Quæſtiones, admodum utiles in praxi continentur, materiæque ECCLESIASTICÆ plurimæ tractantur; nec non & in quibuſdam earum de defenſione NOBILITATIS (hoc eſt, de la HIDALGUIA) antiquiſſimæ VIZCAGINORUM, tam latiſſimè, quàm curioſè admodum, atque generaliter de NOBILITATE HISPANICA, ejuſque origine à nobiliſſimis GOTHIS deducta, agitatur.

TOM. VI.

Lib. VI. Practicarum Quæſtionum Civilium, circa LEGES REGIAS HISPANIÆ ſecundæ partis NOVÆ COLLECTIONIS REGIÆ, ſeu Tractatus de GABELLIS: in quo CLXXIV Quæſtiones admodum utiles in praxi continentur: ac in iis ſparſim tractantur Materiæ ECCLESIASTICÆ non paucæ: Univerſam materiam ſatis amplam & diffuſam quidem, nunquam tamen ita congeſtam, certa quadam methodo miro ordine contexens.

TOM. VII.

Liber I. Canonicarum Quæſtionum utriuſque Fori tam Exterioris quàm Interioris Animæ; in quo multæ Quæſtiones in praxi admodum utiles continentur.

TOM. VIII.

Lib. II. Canonicarum Quæſtionum utriuſque Fori tam Exterioris quàm Interioris Animæ, in quo multæ Quæſtiones in praxi admodum utiles continentur.

TOM. IX.

Lib. III. Canonicarum Quæſtionum, utriuſque Fori tam Exterioris quàm Interioris Animæ, qui totus circa SPONSALIA de Futuro & MATRIMONIA verſatur. In quo multæ Quæſtiones in praxi admodum utiles continentur.

TOM. X.

Tractatus Tripartitus de JURAMENTO CONFIRMATORIO, & aliis in Jure variis Reſolutionibus: in quo XCIX Capita admodum utilia in praxi continentur: ac in iis ſparſim

tractantur materiæ ECCLESIASTICÆ non paucæ; univerſam materiam ſatis amplam & diffuſam quidem, nunquam tamen ita congeſtam, certa quadam methodo miro ordine contexens.

TOM. XI.

Tractatus Novus de TUTELIS & CURIS MINORUM, deque officio & obligatione Tutorum ac Curatorum, ipſorumque mercede, in quo de rebus ECCLESIASTICIS non paucis tractatur: univerſaque materia, ſatis ampla & diffuſa quidem, nunquam tamen ita congeſta, certa quadam methodo, miro ordine contexta exhibetur.

TOM. XII.

Repetitiones & Allegationes ſive Conſilia plura & Informationes Juris, in quibus ſingulares quædam materiæ ECCLESIASTICÆ tractantur.

TOM. XIII.

Conſiliorum ſive Reſponſorum Juris Volumen unum; in quo multæ eæque graviſſimæ Quæſtiones tam ECCLESIASTICÆ quam CIVILES, in praxi paſſim obviæ, non accurate minus, quam ſolide diſſolvuntur. Omnia nunc denuo hâc poſtremâ Editione ab Auctore recognita, nec non integris duodecim CONSILIIS locupletata: ADDITIONIBUS paſſim Aſteriſco * notatis.

TOM. XIV.

Praxis Criminalis Civilis & Canonica in Librum VIII. NOVÆ RECOPILATIONIS REGIÆ, ſive Practicarum Quæſtionum Criminalium Tractatio nova. Omnibus Theologis, Juriſconſultis, in Scholis verſantibus, apprime utilis & neceſſaria.

TOM. XV.

DECISIONES S. Rotæ Romanæ noviſſimæ & recentiſſimæ, nullo in alio Libro uſque nunc impreſſæ, D. J. GUTIERREZ Opera omnia comprobantes, fulcientes, laudantes &c.

TOM. XVI.

REPERTORIUM GENERALE, ſeu Index abſolutiſſimus Rerum & Materiarum omnium, nec non Verborum notabiliorum quæ in XIV. Tomis OPERUM D. J. GUTIERREZ, ut & in DECISIONIBUS ſupradict. continentur &c.

DE D.

D. JOANNIS GUTIERREZ HISPANI

JURISCONSULTI PRÆCLARISSIMI,

Almæ Eccleſiæ Civitatenſis Canonici Doctoralis, & Advocati Placentinis

PRACTICARUM QUÆSTIONUM CIVILIUM,

Super Quinque prioribus Libris Primæ Partis Legum Novæ Collectionis Regiæ Hiſpaniæ,

LIBER PRIMUS:

IN QUO CENTUM QUADRAGINTA OCTO QUÆSTIONES
Admodum utiles in praxi continentur,

Materiæque ECCLESIASTICÆ plurimæ tractantur.

CUM TABULIS LEGUM ET QUÆSTIONUM, NEC NON RERUM
AC VERBORUM INDICE UBERRIMO, AD CALCEM LIBRI II. REPOSITO.

NOVA EDITIO, PRIORIBUS CORRECTIOR, ET ELEGANTIORI ORDINE DISPOSITA.

COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus PERACHON & CRAMER.

MDCCXXX.
CUM PRIVILEGIO S. CÆSAREÆ MAJESTATIS.

AD

PHILIPPUM II.

REGUM

MAXIMUM CATHOLICUM,

HISPANIARUM ET INDIARUM IN ORIENTE ET OCCIDENTE

DOMINATOREM.

CUM Priores meas in jure lucubrationes publicus juris ſtudioſorum conſenſus approbaverit, idque mea quidem ſententia, præcipue quod tuis auſpiciis, Sereniſſime Rex, in lucem illæ prodierint, non dubitavi modo eadem iterum auſpicia repetere in hoc meo ſecundo, ut ita dicam, partu harum quæſtionum, quæ ad praxin ſunt comparatæ, in recentiorem legum collectionem, quam Novam Recopilationem vulgus appellat. Cui enim majori jure legum juriſque diſſertationes dicari queant, quam tibi, Juſtiſſime Sanctiſſimeque Rex, qui earum, totiuſque juſtitiæ cuſtos es acerrimus & vindex, quique omnes juris ſtudioſos hoc nomine foves, amplecteris, provehis? Quare haud mihi dubium eſt, quin eandem hæ quoque ſubituræ ſint modo aleam, ab eiſdemque jure ſtudioſis eundem calculum ferent, te auſpice atque fautore.

Faxit Deus, ut te, cujus patrocinio atque ope iura vigent & florent, eorum quoque myſtæ nos & ſtudioſi omnes per longam annorum ſeriem vigentem atque florentem videamus, iſtaque tua in nos omnes benignitate diutiſſime fruamur.

DN. JOANN. GUTERRIUS.

D. JOANNIS
GUTIERREZ
J. C. HISPANI PRÆCLARISSIMI,
PRACTICARUM
QUÆSTIONUM CIVILIUM.
Circa Leges Regias Hiſpaniæ, Primæ Partis Novæ Collationis Regiæ,
LIBER PRIMUS.

SUMMARIA.

1 *Debitores ex cauſſa civili ad Eccleſiam confugientes, poſſunt jure Regio ab ea extrahi, præcedentibus quibuſdam diligentiis, de quibus hic.*

2 *Debitor ad eccleſiam confugiens, poteſt ab ea extrahi, ad exhibendum creditori ſervitium, quod ei attenta conſuetudine antiqua horum regnorum pro debito tenetur præſtare, præſtita tamen quadam ſecuritate de indemnitate ſua perſona: contrarium, num. 10.*

3 *Servus ad Eccleſiam confugiens, poſtquam de impunitate ſua dominus juramentum præſtiterit, ad ſervitium domini ſui redire compellitur, etiam invitus: alias à domino poterit occupari.*

4 *Mercatores & campſores decocti verſuram facientes, & ad Eccleſiam confugientes cum ſuis bonis, ab eccleſia ad criminalem punitionem à judicibus evelluntur, & num. 16.*

5 *Debitor quotieſcumque poteſt capi pro debito extrahi poteſt ab Eccleſia ſecundum quorundam opinionem.*

6 *Debitor ex cauſſa civili per inſtrumentum publicum, vel aliud habens paratam executionem, de jure noſtro Regio poteſt capi perſonaliter & incarcerari, ſi fidejuſſorem, vulgo dicho de ſaneamiento, non præſtiterit: idem in quocumque modo obligato, ſi ſubſiſtente ſuſpicione vel cauſſa de novo contra eum, non ſatiſdet.*

7 *Confugiens ad Eccleſiam, cujuſcumque conditionis ſit, gaudere debet Eccleſiaſtica immunitate, & quantumcumque gravia delicta perpetravit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus: niſi publicus latro ſit, vel nocturnus depopulator agrorum.*

8 *Immunitas Eccleſiarum à jure divino procedit.*

9 *Lex contra libertatem Eccleſiaſticam aliquid diſponens non erit ſervanda, quare debitor ex cauſſa civili ad eccleſiam confugiens, ab ea non eſt extrahendus, ſed potius gaudere debet immunitate ipſius, & num. 10.*

11 *Statutum vel conſuetudo de capiendo perſonaliter debitorem ex cauſſa civili, nec obligatio perſonalis præjudicare poteſt immunitati eccleſiæ: quare hic non obſtantibus, nec conſuetudine horum regnorum ſerviendi debitores creditoribus pro debito, debitor prædictus ab eccleſia extrahi non debet.*

12 *Lex 15. titul. 20. libr. 3. Fori, permittens extractionem debitoris ab Eccleſia, eſt terribilis in materia, & nec illa, nec dictum Abba, ſervatur in practic. ſecundum Roderic. Suarez.*

13 *Aſſignatur vera concordia inter ſupradictas opiniones contrarias, ut debitor ex cauſſa civili confugiens ad Eccleſiam, non abſcondens nec aſportans ſecum bona in fraudem creditorum, gaudeat immunitate Eccleſiæ, & ab ea extrahi non poſſit: cæteri vero debitores, qui cum bonis ſuis fugiunt ad Eccleſiam in fraudem creditorum, non gaudent immunitate ipſius, ſed extrahi ab ea poſſunt, & num. ſeqq.*

14 *L. fin. titul. 2. l. 1. Novæ Collect. Reg. in idem inducitur.*

15 *L. 1. & 2. titul. 18. lib. 5. Nov. Collect. Reg in idem inducitur.*

16 *L. 5. dict. titul. 19 lib. 5. Nov. Collect. Reg. ad idem adducitur.*

17 *Dict. L. 1. tit. 19. libr. 5. Nov. Collection. Reg. intellectus.*

18 *Concordia prædicta frequentius in Regali Cancellaria Pintiana ſervata.*

19 *Simplex fur an gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica, ubi quod ceſſante conſuetudine in contrarium legitime præſcripta, gaudere debet.*

20 *Hoc an procedat, etiamſi fur rem furto alibi ablatam intra eccleſiam contrectaverit?*

21 *Fur tria, vel plura furta committens, ad eccleſiam confugiens, ab ea extrahi poteſt.*

22 *Publicus latro quis dicatur, ut is eccleſiaſtica immunitate non gaudeat, remiſſive.*

L. fin. tit. 2. lib. 1. Nov. Collect. Reg.

QUÆSTIO I.

QUÆRO, † an debitor ex cauſſa civili ad Eccleſiam confugiens poſſit ab ea extrahi, an vero gaudeat immu-